



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 92. Titulus XII. De celebratione Divini officii, & Cantu Ecclesiastico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

§. XCII.

Sæcul.XVI.

A.C.1584.

*Titulus XII. De celebratione Divini
officii, & Cantu Ecclesiastico.*

Titulus duodecimus agit de celebra-
tione Divini Officii, horis Canoni-
cis, & Cantu Ecclesiastico, quam in
rem quatuordecim Canones proferun-
tur, in quorum primo præcipitur, ut
sit *cantus religiosus, & modestus, & mu-*
sica tempori conveniens, quæ vocum sonum,
& intelligentiam non impedit, præsertim
in Symbolo Apostolico, cantu Angelico,
& Evangelio Passionis Domini, vitentur
repetitiones vacum, & syllabarum superva-
caneæ. Cantus funebris, & quadragesi-
mæ sit gravis, tempori, & rei conveniens.

Canon II. *In omnibus Ecclesiis Ca-*
thedralibus, & collegiatis, dato signo, &
congrua pulsatione præmissa, debitiss horis,
secundum antiquam cuiusque loci consuetu-
dinem traditam, distinte, & articulate de-
cantentur divinæ laudes, & preces ab Ec-
clesia præscriptæ, ita ut solemne a feriali
officio omnes audientes facile discernant.

Canon III. *Horas Canonicas dicturi,*
cum tunica talari, superpelliciis mundis, al-
mutiis, pileis quadratis, vel cappis nigris,
pro temporum, & regionum diversitate,
sine strepitu, modeste, & cum gravitate
suo ordine digna convenient. Non confa-
bulentur in choro, neque quidquam alienum
a cultu.

Sæcul. XVI. a cultu, & divino officio legant: sed ne
A.C. 1584. privatim officium dicant, ne choro subtra-
 hant, quod debent, aut per eos turbentur,
 qui psallunt.

Reliqui Canones sequentia præscri-
 bunt: In fine psalmorum, & ubiunque
 gloria Sanctissimæ Trinitati redditur, om-
 nes consurgant, & in invocatione Nomi-
 nis Iesu genuflectant. Horum transgres-
 sores illius horæ, in qua exceperint, distri-
 butione careant, perseverantes majore pa-
 na pro delicti gravitate plectantur, & per
 sinceræ conscientiæ Punduarium, cuius erit
 singulorum defectus observare, apud Cano-
 nicos in Capitulo congregatos deferantur.

Si quis ante finem psalmi, VENITE
 EXULTEMUS, aut ante finem primi
 psalmi, in ceteris horis chorum ingressus
 non fuerit, illius horæ distributione
 careat.

Hic Canon æque ac subsequentes,
 spectat ad Canonicos: postea Synodus
 hæc mandabat: qui ad Missam post pri-
 mum KTRIE ELEISON, non acce-
 rit, aut eidem usque ad finem non interfue-
 rit, absens censeatur. Si quem tamen cor-
 poris infirmitas ita urgeat, ut finem divini
 officii expectare non possit, licentia exeundi
 a Præside chori obtenta discedat, & illius
 horæ fructum nihilominus percipiat: simili-
 ter omnes infirmi omnibus horis præsentes
 censeantur.

Canon

Canon VII. *Processionibus omnes in Sæcul.XVI.*
teresse teneantur a principio usque ad finem: qui secus fecerit, inter absentes con-
numeretur.

Canon VIII. *Tollatur illa corrup-
tela, qua iis jura totius diei conceduntur,
qui uni tantum horæ diei adfuerunt: ea
enim percipere illi tantum debent, qui pondus,
& æstum diei perferunt, & choro
Ecclesiæ fideliter deserviunt.*

Canon IX. *Pendeat in choro tabu-
la, in qua ordinatio divini officii scripta
fit, & discant ex ea singuli, ad quæ
onera, & officia adstringantur singulis
horis per totam hebdomadam, quæ si exe-
qui per se, aut per alios neglexerint, pro
qualibet hora unius diei integri distri-
butiones amittant.*

Canon X. *Quicunque in Ecclesia
beneficiati tempore divini officii per Ec-
clesiam inambulando, vel foris circa ipsam,
aut cum aliis colloquendo vagantur, to-
tius diei præsentiam amittent. Qui semel
correptus non destiterit, per mensem di-
stributionibus careat: perseverans autem
graviori pæna subjaceat.*

Canon XI. *Regulares, qui circa
prædicta excesserint, gravi pæna Superio-
rum arbitrio castigentur.*

Canon XII. *Omnis Ecclesiastici, e-
tiam non beneficiati horas Canonicas at-
tente, & disiuncte dicant, deposita omni
sollicitudine sacerdotali.*

Can-

Sæcul. XVI. *Cantores, qui moderantur chorum,
A.C. 1584. cum baculo cantorali incedant: tum etiam
qui præcedunt ostiarii, virgas suas, aut
baculos argenteos deferant.*

Denique sit *Magister ceremoniarum*
in singulis Ecclesiis Cathedralibus, & Col-
legiatis: aut si desit, aliis instituatur.

§. XCIII.

Titulus XIII. De distributionibus Canonicis.

*Labb.
pog. 1082.*

Titulus decimus tertius argumentum
de distributionibus Canonicis ab-
solvit quatuor capitulis, in quorum
primo dicitur: *non dentur distributions*
quotidianæ, nisi iis, qui adiungunt divino of-
ficio, aut infirmis, aut iis, quos iusta, &
rationabilis corporalis necessitas, aut evi-
dens Ecclesiæ utilitas excusaverit.

Canon II. *Canonici studentes pro-*
uentum præbendarum suarum percipient,
juxta juris Canonici, & communis for-
mas, aut Ecclesiæ Statuta.

Canon III. *Canonicus sacrum Sub-*
diaconatus Ordinem non adeptus, vocem
in Capitulo non habeat, nec Stallum su-
periorem in choro ascendat, nec Canoni-
cos Presbyteros præcedat, neque beneficia
conferre possit.

Canon IV. *Episcopi in electione,*
præsentatione, nominatione, institutione,
confirmatione, collatione, vel alia provi-
sione.